

1164 Bogude audida ipsam in corde suo firmiter retinet
 et in medio noctis silentio de solio glorie descendens
 sapientissimorum suorum usque consilio ultra Danubium,
 quem transierat, cum paucis exercitibus, revertitur.
 Reliquos exercitus ibi cum Stephano, cum in auxili-
 um venerat, dimittit. Stephanus autem plenus ti-
 more, vacuus fortitudine nulla prelia faciebat
 in Ungaria, sed tante fortitudini Boemorum re-
 sistere non valens fugam cum suis init. Hic
 rumor ad aures Boemorum in ipso crepusculo
 pervenit, qui omnes dicto eorum castra intrant,
 quos inveniunt vel insequi possunt, capiunt,
 interficiunt, vexillum eorum auferunt, predam
 innumerabilem rapiunt, plurimos Grecorum
 nobiles captos ad regem adducunt et eius tradunt
 potestati. Rex autem Boemorum de tanta letus
 victoria in mediis eorum castris figi precipit vexilla
 et poni tentoria. Grecorum imperator hec consi-
 derans electos nuntios ad regem Boemie mittit
 bona pace et antiqua amicitia eum salutans

~~sapientium~~ P

fol. 86', p. XXV.